Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



118

ovis suus et vivat. Si
autem averterit se iustus
a iustitia sua: et fecerit
iniquitatem secundum omnes
abominationes quas
operari solet impius:
numquid vivet? Omnes iustitiae eius quas
fecerat non recordabi-
tur. In praevaricatione
qua praevaricatus est et i
peccato suo quod peccavit i
pse morietur. Et dixi-
stis. Non est aequa
via domini. Audite ergo
domus israel. Numquid
via mea non est aequa
et non magis viae vestae
pravae sunt? Cum enim
averterit se iustus a
iustitia sua: et fecerit
iniquitatem morietur
in ea. In iustitia
qua operatus est mori-
etur. Et cum averterit
se impius ab impie-
tate sua qua operatus
est: et fecerit iudicium
et iustitiam: ipse animam
suam vivificabit. Con-
siderans enim et auferens
se ab omnibus iniquita-
tibus suis quas operat-
us est vita vivet: et
non morietur. Quia do-
minus omnipotens. Gradus.
Salvum fac servum tuum
deus meus sperantem in te
Invocabo te domine quoniam exaudisti me.
Tractus
Domine non est. Johannem.
In illo tempore. Erat dies
festus iudeorum: et ascen-
dit iesus hierosolimam.